

I

ADALFONSVM CLARISSIMVM ARAGONVM REGEM IANNO
 ZII MANETTI ^{PRÆFATIO} ~~PRÆFATIO~~ IN NOVA TOTIVS PSALTERII DE
 HEBRAICA VERITATE ^{TRADITIONE} ~~TRADITIONE~~ INCIPIT FELICITER.

QUANTO INGENTIORA GLORIOSISSE PRIN
 ceptis excellentium viroy erga quoscunq; homines
 extant beneficia tanto profecto secundū celebrata
 veterum philosophoy sententiā maiora apud illos qua ea
 susceperunt obligationum vinculo remanere restaretq;
 uidentur. Cum igitur Maestati tue partim ob excellentiā
 uirtutū tuarū quib; deditissimus sum partim etiā ob pluri
 ma ac maxima beneficia uarijs temporib; ab te suscepta
 omnia debeam: nimirum uehementis et efficacia quedā
 solide ac uere gratitudinis mee indita non solum tibi sed
 cunctis quoq; presentib; et posteris hominib; ad quoy manus
 hec nostra litterarū monumenta puenerint sup ostendere
 ac demonstrare consilui. Nam cum poetis oratorib; et histo
 ricis ac ceteris huiusmodi humanitatis studijs quib; in ado
 lescentia assiduam operam nauaueras penitus et omnino pre
 termittis te ad gymnasia philosophie ac diuine sapientie que
 grece unico uerbo theologis appellatur omnib; animi et cor
 poris ceu dicitur uiribus merito cum ob illius uere et non
 adumbratilis sapientie dignitatē tum quoq; ob plene tue
 sublimitatem conuersum fuisse intelligerem ac plane aperteq;
 conspicerem. nempe maiorib; grauiorib; digniorib; atq;
 sane his nouis facultatibus tuis accomodatioribus lite
 rarijs laboribus nostris q; antea tecum dū in poetica
 uersabamur ludere consueueram deinceps agere operariq;

